

Σὺν τῷ Θεῷ
DISSERTATIO PHILOLOGICA,
ΓΟΝΥΚΛΙΣΙΑΝ

ΕΠΟΥΡΑΝΙΩΝ ΕΠΙΦΕΙΩΝ

καὶ

ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΩΝ,

*Philipp. Cap. II. vers. 9, 10.
expendens,*

QUAM,

*Suffragante Amplissimo Philosophorum Ordine
in Regia Academia Aboensi,*

Sub PRÆSIDIO

VIRI AMPLISSIMI atque CELEBERRIMI,

**D.N. CAROLI ABRAH.
CLEWBERG,**

L. L. O. O. & Gr. PROFESS. Reg. & Ord.

Publico honorum examini submittit

STIPENDIARIUS REGIUS,

JONAS GODHEMIUS,

IV. GOTHIUS.

Die XXI Mart. Anni MDCCCLII.

Loco horisq; ante meridiem consuetis.

ABOÆ, impensis DIRECT. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB. MERCKELL.

SÆ RÆ M:TIS

MAGNÆ FIDEI VIRO,

Reverendissimo PATER ac DOMINO,

DN. DANIELI JUSLENIO,

S.S. Theologiæ DOCTORI Consummatissimo, Dicœ-
seos Skarenſis EPISCOPO Eminentissimo, Venerandi Con-
ſistorii PRÆSIDI Gravissimo. Regii Gymnaſii Scho-
larumque per Dicœſin EPHORO
Adecuratissimo.

PATRONO MAXIMO.

KANSALLIS
KIRJASTO

Xρόνον μὲν τινα, Πάτερ Αἰδεσπιεύστατε, ἀπόρως μοι εἶχε τὸ
πρᾶγμα, εἰ τόδε Εστι ἄκουεψιον ὡς πάλισσα καὶ ἐντελὲς
τολμήτω αἰνάγειν δέδομον ἀρίστα γὰρ οἵδε εἰς μίσον παρελ-
θεῖ ὀκνεῖταις καὶ περιθῶς εχοῖταις τὰς προσ κορυφάς ἀνδρῶν τι-
μῆς οὐ ποιον ἀλλα καὶ πολυπαλια πάρεπολι διαφερόντων τῶν ἀλ-
λων ἀνθρώπων, εἴη γαλάκτειν γλιχομένες σμικρόν τι φέροιταις καὶ
εὐκαλαφρόντων γέρεσ. Εἰ δὲ πολλάκις διηλθοις καὶ εἰργιτά-
μην παρ ἔμαυτῷ, πότερον δεδίειται χρὴ μείζονας ἢ Θάλπειν, εἴ τό-
το πολλας ἐλπίδας μοι ἔνεποιει ἢ μεγάτη σε εὗνοισε, οὐ με θαυμ
ποσθεῖταις καὶ θάλπειν ἀξίωτας. Πρὸς δὲ τύποις μέμνηταις
πολλα καὶ μείζονα εὐεργεῖθεις, ἀτε τῶν μὲν ἐπιγιηδείων σπανι-

ζων,

Wälbörna FRU;

FRU

CONSTANTIA

VON TÖRNE,

Nådiga FRU.

At Nådiga Fruns hederwärda namn på et ringa stämpplat
linne så dristigt af mig blifwit infatt, bér jag ödmukast
ej ogunstigt mätte upptagas. De mångfaldiga och stora
wälgierningar, som af Nådiga Fruns egen godhet mig i ymnigt
mätt wederfarne äro, hafswa mig härtil föranlätit. När lyckan
tilskyndade mig den förmon, at uti des fornäma hus bliswa up-
tagen, war jag läsomm den, där efter en besvärlig föreresa, med
litet lif sluppit i land, sedan han uppå et stormande haf blifwit
emellan des lönklipper länge estersatt af de fräsfande wågor,
som icke underlåta at kasta sit orena skummen efter längt up på
stranden, liksom ändock hotande, fast man dem lyckeligen
und-

ζων, όχι ἐλάχιστα δ' ὑπὸ Σε αὐθελδμένος, καὶ τὸν καὶ συγα-
τικὸς λαβῶν ἐπιτολὰς εἰς τὰς ἐνθάδε μάστις, ὅπερ τὸ ἀνο-
μά Σε τὸ ἀνδρόνταλον ἥδη ἐκ πολλῶν εἰς τούτην χαλκῆν
γεγραμμένον τιμητὸν αὐτέλειωτον Φέρει. Ταῦτα δὲ ταῦτα
ἔχοντα, περιελομητὴ καθ' οίον τε αὐτὸν ἐνεργετικαὶ πλειστηρ
χάρει τοῖς εἰδέναι. Άλλα τοι πεσσοῖσι; τοι ἀνθαποδοῖσι; ἔργωσσι
τοι φυγμοῖσι καὶ πάλιν ὑπερβίων; ὅμως δέ, ἐπεὶ πᾶν ὅτε βύν
ὅπωτεν τοῖς ἐνεργετικοῖς ἀποδιδομένον κρέπιτον Φασιν, ἡ καβάπατ
ἐκλειφθὲν, πειρατῶν αρωγύεπως τὰς ἐνεργεσίας ἀμειβεούσαι, τόδε
τὸ Βιβλίον τῷ αἰδεστιμωτάτῳ. Σε ἴνοματι αγαστησας ἀνάγκη.
Καὶ δι τούτου, Θεοπετιωτάτη Κεφαλῇ, ἐμμενῶς μὲν ὥσπερ ἐιω-
θας, δέξαις καὶ προστὰ τὰ καστελλάρια, ἐνδείαις δὲ καὶ συμφοραῖς
συμπλεχθέντες τὰ παρελληλιστα καὶ δυτικήσασι παρισασο καὶ συ-
τηγόρει, ὡς' εἰς τοὺς ἐπίλοιπους χρόιον ἀμενοντὶ ἡ πρὸ τὸ τύχη χρή-
ματα καὶ προκωρεῖν μεταξίως ἡ ληπτιστὰ πραγματα.

Τῶν ἐυχῶν τὸ κεφάλαιον τέτο έστιν ἔνδαιμων ἐν μεγάλῃ δοξῇ
ἐπὶ μηκίσιν ζώντις εἰς βαθὺ τῆς αὐθρωπίνης γέλικιας προσήκων καὶ
ὅμως παρεπληγτιον ἀνδρὶ ἀνθεστὰν τὴν ἀκμὴν ἔχοντι ἀκμάζων,
τῆς ἐκληπτίας, μάλιστα τῆς τῷ Θῷ ἐν Ουησεγούθῳ συναχθησό-
μενης, Φῶς λαυπρότατον, καὶ τῇ σεμιῇ γέρεσσις σέφανος, τῆς δὲ
οἰκιας Σε τῆς ἐνγενετάλης σῆγλυμα αμελακιστόν.

Reverendissimi Nominis TUI

undkommic. Nådiga Fruns wärda hus wär mig, wid et få
beskäffat tilstånd, en trygg och fäker hamn, hwaräst jag, näst
Guds hjelp, igenom en öm och fortfällig omvärdnad, kom
möig åter före til hässa och krasier, och har sedermora alt godt
åtniutit. Om jag emot en fidan oförtjent ynnest och priswärd
godhet, ej skulle få offenteligen å daga läggia den ödmjuka
räcksamhet, mit sinne hyfer, fruile jag halla före, det minst lef-
tad fölle mig alt för besvärlig och forttretelig. Wid närvä-
ranns lägliga tilfälle, har jag dersöte understatt mig, detta mitt
omogna Lärdoms prof, *om deras knäböjande i Jesu namn, som*
i himmelen, på jordene och under jordene äro, Nådiga Frun at
tilägna och upoffra, leswande i den fäkra förtrostan, at det-
samna, fasom et teekn der til, at Nådiga Fruns wälgierningar
icke blifvit nedlagde hos en otacksam, höggunstigt lärer
anses. Mit innerliga begiär skal til den Aldrahögste ouphorligen
wara, at Nådiga Frun, til des fornäme anhörigas fägnad, mät-
te under en blid Forsyn få räkna talrika åhr med allskörons an-
delig och lekamlig sallhet wälsignade, samt rike på all den hug-
hwalelse och trost, et troget och uti det dyra JEtu namnet sig
böjande hjerta, af det samma trösterika namnet, uti denna tröst-
lösa och bedröfweliga werlden, tilsyta kan! Förblifwer med
djup och oafslatelig wördnad.

Wälborna Nådiga FRUNS

ödmjukaste tjenare,
JONAS GODHEMIUS.

VIRO Admodum Reverendo atque Praeclarissimo,
Dn. Mag. MARTINO LIDTGREN,
Historiar. & Moral. in Reg. Gym. Skar. LECTORI Dexter-
rimo, Ven. Consist. ADSESSORI Aequissimo.


VIRO Plurimum Reverendo & Doctissimo,
Dn. LAURENTIO HOLMIN,
COMMUNISTRO in Wachen Meritissimo.

Ut quandam NUTRITIIS Optimis; ita nunc PATRONIS & FAU-
TORIBUS propensissimis quavis pietate jugiter colendis.

Humanus ea lex animis constanter inheret,
Que jubet ut grates merita benefacta sequantur.
Illi ante oculos semper versatur imago,
Mense favoris ubi lustro documenta, Patroni,
Expertus que sum tot canticis pluribus annis,
Aedibus in vestris mibi cum contingere esse
Atque deinde, ut non sim par illis numerandis.
Hem doleo! quod deficiat facundia verbis,
Qua tantum mentorare queam vestram bonitatem,
Nullus sufficio vestras extollere laudes;
Ferte tamen, precibus posco, quod chartula simplex
Pectoris interpres grati vult esse sonra.
Ante meam penitus longuam sua verba relinquunt,
Quam non de vestris benefactis commemorabo.
Quot rutilat caelum noctu radiantibus astris:
Quot nitidis viridans bellus distinguitur herbis,
Tot Vobis Vestrisque precor quoque fata benigna!
Caelipotens jubeat Deus, ut multos peragatis
Annos, incolumes ac terque quaterque beati!
Admod. Reverend. Praeclariss. & Plurim. Reverend.

NOMINUM VESTRORUM

cultor observantissimus,
JONAS GODHEMIUS.



Q. B. V.

§. I.

Onamvis scriptura sacra sit perspicua , & facultate sui ipsius interpretem agendi gaudeat authenticā ; exinde tamen non licet concludere , nullam plane aliam , quam quae ex ipso sacræ paginæ fonte immediate hauritur , cognitionem , ad illam , quibusvis in locis , recte intelligendam atque enodandam facere . Actu enim non semper se-
ſe explicat scriptura , sed potentia , eaque vel pro-
xima , ut ita dicam , adminicula & veri sensus indi-
cia suppeditando domestica ; vel remota , subsidia ex-
terna aliunde petendi occasionem subministrando . Si
sensus , tanquam ipse gladius spiritus , vocum vagi-
na inclusus , erui poterit , requiritur peritia idiomatis
adeoque vocum . Harum autem significatio usitata ,
vis & emphasis , vix ſæpe innotescere poſſunt , niſi
aliorum scripta , vel aliis atque facer codex , vel af-
finibus , vel iisdem linguis , exarata , in auxilium vo-
centur . Imo ex profanis auctoribus græcis optime
cognoscuntur & interdum aliunde repeti nequeunt
vocum uſus & emphasis , præcipue in illis novi in-
ſtrumenti locis , ubi vox aliqua ſemel vel rarius , quin
etiam ſc̄pius , ſemel tamen aut bis aliquem induit

A

Signifi-

significatum a reliquis locis discrepantem, occurrit. Nam cum consuetudo certissima sit loquendi magistra, utique voces, si modo eas excipiamus, quibus a scriptoribus divinis novae sacrae ideæ sunt impositæ, ex communi usu, notionem suam obtinent. Quibus itaque ponderibus unius loquela justius, quam alterius, præsertim ejusdem lingvæ, loquela examinanda est? Hac profecto ratione ipsi scriptores græci, philologorum criticorumque opera, observationibus ex similibus aliorum auctorum locutionibus explanati sunt. Horum iterum annotationibus instructi & locupletari sacrorum interpretes, locis difficilioribus, in toto novi testamenti codice occurrentibus, sensim tempore, haud parum lucis affuderunt; id quod de veteris testamenti libris etiam affirmari potest, quibus itidem ex monumentis talmudicis, rabbinicis aliorumque aliquid lucis sparsim foenerati sunt. Alludunt plures sacra oracula ad res varias, utpote dictiones & formulas loquendi veterum solennes, proverbiales locutiones, dogmata, superstitiones ritus moresque antiquissimos, quarum magna pars tenebris cimmeriis sepulta jacerent, nisi hæ facibus antiquitatum dispulsæ fuissent, cuius rei exempla bene multa adduci possent. Nec video, quo, *duxiāta* Apostoli ad Philip. 2: 9, 10. intelligere cupienti, configiendum esset, nisi refugii penes scriptores profanos relinquatur locus. Conati quidem sunt interpretes plurimi, collatione cum aliis sacrarum literarum locis facta, eadem declarare; sed cum locorum illorum collatio, sive sint parallela tantummodo quod ad phrasin, sive quod ad ipsam

ipsam rem , minus succedere & menti Apostoli patrum congruere deprehendatur , stante nimis istorum sententia ; aliam hic sequi viam tutius ducimus . Hanc nos ingressuri abs Te , Candide Lector , maximopere petimus & quæsumus , velis oculos humanos in humanos gressus conjicere , & si qua parte nos deflectere viseris , in viam redeundi conatus saltem gratiam veniamque benigne concedere .

§. II.

Argumentum tractationis nostræ in textu originali ita habet : Διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ἵστερύψωσε , καὶ ἐκαίσασα ἀντῷ στομά τὸ ὑπέρ πᾶν ὄρφα . οὐαὶ εἰ τῷ ὄντοις Ἰησοῦ πᾶν γίνεται κατέψη ἐπεργασίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων . Nostri instituti jam non erit ad vivum resecare omnia , quæ hisce commatibus continentur , cum quædam ad aliud pertineant forum . Id tantum obiter indicatum volumus , quod Apostolus in antecedentibus hujus capitinis occupatus sit in exhortandis Philippensibus suis ad concordiam , amorem mutuum & humilitatem , atque in illis dehortandis a privati emolumenti studio & pertinacia retinendi sua , Christi exemplum imitatione dignissimum illis proponens , qui licet æqualitatem cum patre habuerit , eam tamen ambitione retinere noluit , velut facere solent prædones , qui , quod semel rapuerunt , summa cura & studio retinent ; sed nostri causa sua negligens ab illa ad tempus discessit , cum semetipsum exinanivit formam servi accipiens . Deinde humilitatis & exinationis Christi ἐκβασιν & consequentiam v. 9. ostendit , qua occasione mentionem ἐπεργασίων , ἐπιγείων καὶ καταχθονίων h. e. cœlestium , terrestrium & inferorum , ge-

nua in nomine JEsu Christi flectentium, v. 10. insitaurat,
de quibus in hisce pagellis agere constituimus.

§. III.

His ita leviter adumbratis, variæ eruditiorum, de
hujus loci sensu, se nobis offerunt sententiæ. Quidam
enim Paulum, hac ipsa in tres ordines distributione,
generatim heic universitatem rerum creatarum compre-
hendi velle, autumant, idque eam præcipue ob caus-
fam, quod non tantum sensu & intelligentia gaudenti-
bus, sed etiam eorum expertibus, actiones passim in
sacris literis per περιωντιαν, tribuantur. Alii Aposto-
lum, hac divisione, ad res creatas easdemque peculia-
res atque singulis, in quibus versantur τοις πᾶς & locis,
proprias respicere, existimant: sic angelos bonos &
beatos in cœlo, albo classis primæ; homines fideles &
electos in terris degentes, secundæ; & denique vel dæ-
mones & condemnatos, vel mortuos terra conditos
& coram tribunal Christi aliquando comparituros, ter-
tiæ adscribunt. Iffos, pro ratione naturarum suarum,
quarum altera corporeis perpetuo destituitur membris,
altera illis tantum ad certum tempus est soluta, genua
sua Christo, modo spirituali flectere, ajunt. Illos, pro
indole corporis sui adeoque vere & proprie genua flecte-
re, JEsum redemptorem suum, salvatorem, DEum ac
Dominum, ex toto animo & humillimo amoris comple-
xu venerantes, dicunt. Hos ceu spiritus malos & im-
probos, nec non mortuos sub terram abditos, ob sqva-
lorem status, in quo constituti sunt, tenebricosi,
καταχθονιοι connumeratos, genua quoque sua Christo
flectere, inquiunt. Et licet dæmones cum hominibus
scelerat-

sceleratis inviti & cum tremore maiestatem Christi agnoscant; eos tamen jam tum in diebus carnis ejus, genua coram ipso, potestatem in se ejus veneratos, multosque impios ac infideles, flexisse, & tandem in pantocritico die genua sua omnes Christo inflexuros fore, contendunt (a). Si sententias illorum conglomemus, eo redeunt, ut, omnes res conditas tales hic praesentari, quae vel sponte sua vel invitae, pro ea, quae singulæ sint conditione, Christum se superiorem esse, & omni cultu ut dignum ita prosequendum, sint professuræ, ostendere atque concludere velint. Fatemur sane parum absuisse, quin cum his, consecutione aliisque circumstantiis nondum perspectis, fecissemus; nihil enim obstat, quominus eorum, in duas priores classes, expositiones sibi constare possent; ad tertiam vero pervenientes ab assensu largiendo retracti pedem retulimus. Præterquam enim quod absurdâ exinde deduceretur consequentia, ut postea dicetur, prohibet insuper vocabulum *καταθόντες*, quod nullibi, neque apud facros neque profanos scriptores, nobis videre licuit, eo videlicet sensu acceptum, ut vel genios illos impurissimos, quos angelos solemus appellare malos, vel damnatatos, vel etiam mortuos terra conditos, designet. Id vero nobis observare contigit, quod Græci per *καταθόντες* Deos inferorum praefides intelligent, quam affectionem heic obtinere, tanto magis credibile videtur, quanto certius constat vocibus *ιντεγνιαν* & *ιντιγνιαν* certa etiam indigitari numina, quae superstitioni Græci colebant. Rebus itaque circumspectis rationibusque computatis in illam incidimus sententiam, qua existimamus

mus Apostolum , illis ipsis , JESUM Christum Deoque
Græcorum factos inter se non quidem tam comparasse ,
quasi horum dignitatem comparative ad illius aliquam
esse docere voluisset , quam potius invicem opposuisse ,
ut eosdem ad majestateim , excellentiam , magnitudi-
nem , potentiam atque dignitatem gloriosissimi JESU
deu Omnis (b) exactos , nihil esse , eo luculentius Phi-
lippensibus suis ob oculos poneret ; adeo ut , si vel ma-
xime poneretur eos aliquid esse , oporteret nihilomi-
nus illos , majestatem vere divinam in Christo habi-
tantem non modo agnoscere , verum etiam eum sum-
mæ venerationis declaratione prosequi & adorare .

(a) Rom. 14: 11. (b) AMBROSIUS : *Omnia nobis
Jesus est.*

S. IV.

Cum veterum monumenta Græcorum ad hanc sen-
tentiam assumendam nos invitaverint ; proinde , ut il-
lam ceteris probabiliorem reddamus , ex iisdem ostendemus , a Græcis gentilibus , *Deos alias cœlestes , ter-
restres alias , alias inferos & appellatos , & suis quoque
ritibus cultos fuisse*. In hoc negotio haud obscurus est
Porphyrius (a) , dum ita loquitur : *ως τοις μὲν ὀλυμ-
πίοις θεοῖς ναὸς τε καὶ λαμπεῖσι ιδρύσαντο , χθονίοις δὲ καὶ Ηεω-
σιν εἰσχάρασ , ὑπωχθοῖσι δὲ βόθροις καὶ μέγαρα . Quem-
admodum cœlestibus Diis templα & ædicularas , & altaria
collocarunt , terrestribus vero & heroibus focos , inferis
autem scrobes & cryptas . Nec inevidens est Pythagoras
in carminibus aureis , ubi verba numeris coërcet se-
quentia :*

Ἄθανάτος μὲν πῶτα Θεός, νόμων ἀς διάκεστας,
Τίμων καὶ σεβερὸν, ἔπειθ' Ἡγεας ἀγαυός,
Τές τε καλαχθοίσε σεβε δαιμονας ἐνρηα πέλων.

Immortales primum Deos, sicuti lege sanctum est, honora: & jus jurandum sancte habe; deinde heroas claros & inferos cole Deos, legitima facies. Ubi observandum heroas claros pro toto Deorum terrestrium ordine poni. Tripartita numina, quorum heic infertur commemoratio, divisioni Paulinæ omnimode respondent, cum vocabula idem significantia heic comparent, ut mox videbimus. Et quo ratio asserti sit in promtu, ad recensum quendam subeundum vocandi sunt singuli Deorum ordines, quos Graecorum supersticio venerata fuit. Ascendamus itaque primum ad domicilia caelestium. Hi, licet titulo Θεῶν μεγάλων (b) seu Deorum magnorum, honoris ergo ita dictorum, coniunctim comprehendantur; interim tamen multiplicia a Græcis sortiti sunt nomina; dicebantur enim ἑρεσίνοις, ἕπερσίνοις (c) & ἄθανάτοι (d), qui iterum ἀργιλίων & ἀλυμπίων nominibus universi veniunt. Οὐρανίων nuncupati fuere cœli socii antequam Jupiter imperio potius esset (e). Illos vero imperio excisos exceperunt ὀλύμπιοι, cuius tituli inscriptio ne omnes illos ornavit Jupiter, qui ipsi in bello adversus Ἑρεσίων imperio exsuetos adfuerunt (f). Duodecim omnino iidem erant, unde Græcis ἀδέκα dicti, a quorum nominibus ob propositam brevitatem abstineo; ea vero scire aventure ad veterem quendam poëtam (g) & Apuleum (h) ablegamus. Numerum hunc duodenarium augere voluit Philippus Makedo (i), & post

post illum filius Alexander Magnus (*k*), decimum tertium sibi arrogantes locum. Circumspiciendum jam est ad Deos *terrestres*, quibus varia etiam imposita sunt nomina. Appellabantur ἑταῖροι, ἐπιχθόνιοι & χθόνιοι, quo Δαιμονες & Ηγετες nec non Θαλάσσιοι & ἐπιχθόνιοι pertinent. Omnes in eo convenient, quod sint ἑταῖροι, quod nobis in præsenti demonstrandum est. Quocirca non abs re esse visum est observasse, certis ex ipsis cœlestium numinibus, hac in classe, sua adsignata fuisse loca, idque certa ob negotia his in terris suscepta, quæ gubernare, eamque ob caussam multum in terris versari, credebantur. Sic Dianæ & Cereri, Deabus cœlestibus, rei venatoriæ & agrariæ directio tribuebatur, unde etiam hæc χθόνια h. e. ἑταῖραι cluet, statique dies festi æstate in ejus honorem celebrati χθόνιæ dicti fuerunt (*l*): quin imo expressis verbis ab Apollonio Rhodio in terris quondam habitasse fertur (*m*). Quid? quod ipsi apud inferos suæ attributæ fuerint partes, quemadmodum etiam Mercurius, ab inferorum regno ob munia inibi sua, non excluditur, ut suo loco visuri sumus. Ad Δαιμονας quod attinet, in τα χθονία seu terrestribus ab Hesiodo (*n*) ponuntur, qui eosdem bonos & puros, malorum depulsores, custodes hominum, justorum & pravorum operum observatores, opum datores, aëre induitos esse, passimque per terram oberrare & in terris versari, pronunciat. Eandem interpretationem admittit Plato (*o*), dum genus aëreum in media regione collocatum eos dicit. Cœlestes inter his, alias numero bene multis, locus quoque conceditur; hinc αἰάρατος ζεύς, immortales Jovis, sive immor-

immortalitate a Jove donati ab Hesiodo (*p*) prædicantur. Quod autem hoc prædicatum de dæmonibus intelligendum veniat, ex muniis, *τοις ἀδενοῖς* hic a Poëta attributis, utpote in terris versari & custodes hominum agere, quæ non nisi *Δαιμονῖς* competunt, clarum est. Ad hanc classem *Hywæs*, quippe qui in terra degerunt (*q*), deinde retulimus. *Hywæs* hi alioqui dicuntur, nam hybrida erat progenies, & partim DEo euidam, partim homini originem debere præsumebantur (*r*): Sic Hercules Jovem & Alcumenam, Castor & Pollux eundem & Ledam parentes agnoscunt; adeoque neque homines neque Dii, sed utrumque simul fuerunt, seu *quiddam ex DEO & homine compositum*, ut ait Lucianus (*s*). Attamen propter genus *ex immortali & mortali semine mixtum*, *mortali mixtura ab immortali parte superata*, non solum staturæ, quam ceteri mortales, majoris fuisse (*t*); sed etiam virtutibus supra conditionem humanam longe positis gavisi censemabantur (*u*). Nomina eorum requires *Hyginum* (*v*) & *Pausaniam* (*x*) adeat, & plerosque tam heroum quam heroidum in fidera cœlestia relatios inveniet. Decem præcipue heroas colebant Athenenses *ἴωνίους* illis vocatos, eo quod decem Atticorum tribus ex eorum nominibus appellatae essent (*y*). Nominata eorundem recenset *Pausanias* (*z*). Secundum Thaletem (*aa*) in numerum Deorum post fata demum recepti sunt heroës, quoniam animas e corporibus separatas eos fuisse testatur. Tum priuum quoque non dieam immortalitatem, sed vel naturam prorsus divinam vel saltem divinæ æmulam simillimamque

& humana multo meliorem, & quidem post combustum in pyra ferali corpus, induere credebantur; et enim igne absumi dicebant quicquid humani a matribus contraxisserent (bb); peracta itaque combustione puram atque incorruptam tulerunt divinitatem, quae ad Deos subvolavit (cc). Hujus intuitu Hercules membra in DEum mutatus dicitur (dd). Hujus etiam respectu penes cœlestes, quibusdam heroum & heroinarum locus non denegatur, ut ex translatis Themistii (ee) verbis constat: *Juste egerunt priisci homines, quando Herculem in numerum Deorum retulerunt.* Causa talis honoris ei fuit fortitudo, quemadmodum Helena pulcritudinis gratia parem honorem consecuta est (ff). Postea ~~Salatois~~ nominavimus, intelligentes eos, qui Neptuni auspiciis regimen maris exercuerunt. Ne autem scrupulum cui moveat, quod Deos marinos, non modo ad terrestres retulerimus; verum eos loco terrestrium ponere sustineamus, notandum est, nos hoc a summa Scholia Hомери (gg), acceptum referre. Hic cum occupatus sit in exponentibus heroum ritibus trium ordinum Deos invocantium, non potuit non marinos loco terrestrium collocare, præsertim cum heroës magnam horum partem conficerent; adeoque inconveniens fuisset dicere, heroas tanquam ex grege Deorum terrestrium, preces ad Deos terrestres fundere. Quod vicissim marinos prorsus omiserint alii, ex globi terrauei indeole provenit, cuius pars mare quoque est, & consequenter Dii marini sub terrestribus simul intelligi & comprehendi voluerunt. *Επιχωτίσε* denique diximus, & nemi-

& nemini ignotum esse putamus ; veterum superstitionem , genium quendam , regionibus , urbibus locisque omnibus ac singulis adsignasse , quem iisdem praesesse , hominumque inibi versantium curam gerere eorumque negotia sua providentia moderari , somnabant ; unde ejusmodi Dii topici ἐωχάριοι Latinis locales audiunt (hh). Ordinis ratio postulat , ut denique ad inferos fiat descensus. Hos ὑπογείους , χθόνες , ὑποχθόνες &c. καταχθόνες appellatos fuisse animadvertisimus (ii). Ζεὺς χθόνιος (kk) , Jupiter infernus , χθόνιος Βασιλεύς , rex infernus & θεὸς χθόνος καὶ ἐξοχήν dictus tuit Pluto , eo quod agmen Deorum inferiorum ducere putabatur. χθόνιος dicitur Mercurius , quod infernum , non terrestrem significare , evidens est ex Diogene Laertio (ll) , cum Mercurium animarum quæstorem , atque ideo ductorem , janitorem ac χθόνον seu infernum appellat , eumque animas puras atque purgatas in excelsumducere , impuras vero furias , vinculis indissolubilibusvinciendis , tradere , ait. χθόνιοι διαιρεῖται nuncupantur Dii inferi Pluto , Mercurius & Ceres ab Aeschilo (mm) , penes quem Chorus Darii animam evocans inducit : O ! Dii infernales puri (χθόνιοι δαιμones ἀγροί) remittite animam in lucem. Χαραχθόνιοι δαιμονια Dionysius Halicarnassensis (nn) & Pythagoras (oo) meminerunt , ubi per δαιμόνα Deos intelligi , tam ex illis , quæ ex carminibus Pythagoriciis attulimus , quam ex Homero , palam est : Miner-va , inquit , ad cælum ascendiit ad domos Jovis , μετὰ δαιμονας ἄλλας , ad ceteros Deos. Græcorum insuper in hac classe , maxima ex parte numina , epitaphium

Græcum, in monumento quodam sepulcrali inscriptum, & ante annos ferme 189 Athenis visum ostendit, quod ex codice manuscripto bibliothecæ ambrosianæ in lucem protulit Lud. Ant. Muratorius (pp) illudque latine ita reddidit: *trado inferis Diis* (τοῖς κατάκοντες θεοῖς) *hoe sepulcrum custodiendum*, Plutoni, Cereri, Proserpinæ & Furiis, nempe Alectoni, Tisiphonæ & Megeræ (qq), & omnibus inferis Diis (πάσι τοῖς κατάκοντες θεοῖς), utpote Hæco, Rhadamantho atque Minoi, judicibus, Hecatæ & Mercurio. Si quis spoliaverit hoc sepulcrum, vel aperiet, vel etiam aliquid dimovebit, vel ipse, vel per alium: neque terra incedat, neque mari naviget, sed eradicabitur funditus, omnibus malis occupabitur, & horrore, & febri, & quartana, & elephantiasi, & quæcumque mala hominibus accidunt, ea eveniant illi, qui ausus fuit aliquid ex hoc sepulcro amovere.

- (a) De antro Nymph. fol. 1. (b) vid. poëta quidam vetus idemque græcus apud Everb. Feithium Antiqu. Homer. L. 1. c. 1 p. 5. (c) Pollux Onomast. L. 1. e 1 Sect. 23. (d) Pythagor. vid. supra. (e) Scholiast. Aristoph. ad Nubes v. 246. (f) Diodor. Sic. Biblioth. hist. L. IV. c. 15. p. 225. edit. Rhodom. & Scholiast. Aristoph. loc. cit. (g) vid. supra lit. b. (h) De DEO Socratus, ubi duos Ennii versus reservavit, qui nomina eorum continent. (i) Diodor. Sic. Biblioth hist. L. XVI. c. 93. p. m 480. (k) Hærianus hist var. L. V. c. 12. & Clemens Alexandrinus in admonit, ad gentes p. 61. (l) Pausanias in Corintb c. 35. (m) Argonaut. L. IV. v. 988. (n) Op. & dierum v. 122. & 123. (o) in Epinomide. (p) v. 253. (q) Hesiod. l. c. v. 119. Porphyry, vid. supra lit. a & Pythagor. vid. etiam supra. (r) Scholasties

llaſſiſ Hesodi ad locum iam cit. (s) in Dial. mort. ſpeciatim
 in Dial. Menippi, Amphiliobi & Trophonii T. I. p. 267. (t) A-
 ristotel. Polit. L. VII. c. 14. & Pausan. Eliac. Poſter. c. 5. cfr.
 Gottfr. Olearii ad Philoſtrati vitam Apollonii L. II. c. 21. not. 8.
 (u) Philo Judeus, libro quod omnis probus fit liber p. 681. (v)
 Fab. CCXXIV. (x) Eliac. Poſter. c. 9. p. 474. (y) Harpo-
 eratione voce ēωλυροι. Cfr. Svidam eadem voce. (z) in Atticis
 c. V. Cfr. phocica ejusdem c. X. (aa) Apud Athenagoram in
 Legat. pro Christ. cfr. Gish. Cuperi obſervat. L. III. c. 16. (bb)
 Seneca in Hercule Octao v. 1965. & Ovid. Metamorph. L. IX.
 v. 250. (cc) Lucianus in Hermotimo T. I. p. 509. (dd) Calli-
 machus Hymno in Diana v. 159. (ee) Orat. IV. (ff) Lu-
 cianus in Charidemo p. 784. (gg) ad Iliad I v. 564. (bb)
 vid Cornel. Schrevel. in Not. ad Virg. Aeneid. L. V. v. 95. (ii)
 Pollux onomast. L. I. c. I. Sect. 23. (kk) Hesod. op. & dierum
 v. 405. (ll) in Pythagora. (mm) in Persis. (nn) Antiqu.
 Rom. L. VI. c. 80. (oo) vid supra. (pp) in Notis ad Anec-
 data graeca p. 7. (qq) vid. Apollodoris Bibliothecam L. I. c. I. §. 3.
 §. V.

Cum a proposito nostro non alienum fit noviſſe,
 qualem cultum ſingulis Deorum fuorum ordinibus præ-
 ſtiterint Græci; idcirco huic rei paulisper immorari lu-
 bet; exinde namque oppositioni Paulinæ & inde aſſer-
 tioni noſtræ haud parum roboris accedet; nimirum,
 revocato in memoriam, hoſce nihili Deos tanta in exi-
 ſtimatione fuilſe, ſimulque intellecto, JEſum verum eſ-
 ſe DEum, quanti tum iſi aeftimandus fit, cogitarent Phi-
 lippenſes Variis ritibus, numina omnium ordinum
 ſua coluiſſe Græcos tam ex Porphyrio §. IV., quam ex
 Lutatio (a) evictum dari potest; hic enim ita verba fa-
 cit:

cit : *tria sunt in sacrificiis loca, per quæ piationem facimus, cœlestibus exstruelis focis; terrestribus supra terram sacrificamus; serobiculo facto inferis.* Cultum itaque cœlestibus exhibuerunt, quod non modo picturis, statuis & altaribus, sacrificiorum caussa struetis, sed etiam templis suis testatum fecerunt. Imagines Deorum duodecim visere erat Athenis in porticu Jovis Eleutherii (*b*). Statuæ in eorum honorem erectæ, in templo quodam Megarensium cernendas se præbuerunt, quæ duodecim Deorum signa nuncupabantur (*c*). Sex altaria gemella Olympiæ, iisdem Diis singula binis consecraverat Hercules, quæ *βαρύοι ἐξ διδυμοῖ* audiunt Pindaro (*d*), & Pisistratus Atheniensis duodecim Deorum altare in foro Athenarum veteri constituerat, ad quod rem divinam facere sverunt Athenienses (*e*). Fanum cives Thelpusa in Arcadia duodecim numinibus exstratum dedicaverant (*f*). Cultu quoque suo honoratos fuisse *terrestres* manifestum est ex Platone (*g*), cuius verba conversa talem subministrant sensum : *post hos & sub his, nempe Diis magnis, dæmonas precibus votisque colere debemus, maxime bona interpretationis & intercessionis causa;* pariter ex Themistio (*h*) : *templa homines priisci Herculi exstruxerunt peculiaria, ac sacrificia fecerunt, non modo quæ heroi par erat, sed talia etiam, quæ dæmoni, imo quæ DEo ipſi.* Ubi ad differentiam consecrationis, attendi convenit. Heroibus, præcipue post divinitatem indutam, honores consequi divinos, haud difficile fuit; quare etiam *ἐπανύποι* suis statuas in Ceramico prope quingentorum curiam posuere Athenienses, referente Pausania (*i*). Templa heroi-

bus

bus dicata atque inde *ηεσα* vulgo dicta, tam sancte habita sunt, ut si vel lapillum quis ex illis avulsisset, ei morte id expiandum foret (*k*). Aræ, super quas ipsi sacrificatum fuit, vocabantur plerumque *ιεχαραι*, quo alias nomine cœlestium *βωυς* poëtarum nonnulli nuncupavere (*l*). Erant autem illæ humiles & paululum tantum ultra terram surgentes, & ex humo forma quadrati aggesta consecratae (*m*). Circa sacrificia ordinem & tempus a Græcis observata, hoc loco verbo tangere volumus. In hoc nos instruit Plutarchus (*n*), cuius hæc est sententia: *in novilunio Diis, nimirum cœlestibus, rem sacrum facientes, proximum ab eo diem dæmonibus ac heroibus addixerunt, craterumque secundus heroibus & heroinis miscetur.* Unde apparet honores heroibus exhibendos cœlestium dæmonumque non debuisse pares esse, quamquam etiam divis factis æquales nonnunquam contigerunt. Sic Lampsacæ virginis initio honores habiti sunt heroici, postmodo autem ei ut numini sacrificatum fuit, tradente Plutarcho (*o*). Neque cultu suo fraudati sunt *inferi*; licet enim nullæ picturæ & statuæ, nec aræ propriæ sic dictæ, illis ut ceteris sacratae fuerint; alia tamen venerationis argumenta & honoris testificatones non desiderantur, quæ cum indole eorum melius congruere possent, qualia sunt templæ, cavernæ subterraneæ & scrobes, in quibus victimæ crebrius siebant, de quibus singulis aliquid dicendum. De templis & quidem Plutonis, Proserpinæ & utriusque simul Strabo & Pausanias narrant, quorum unum istius (*p*) Pyli, quæ urbs est Eleæ, unum illius (*q*) apud Megalopolitanos in Arcadia, alterum horum (*r*), quod lucum habuit pretiosum,

tiosum, in Nysæorum pago, posita fuere. Huc accedit narratio Aristophanis (*s*) de Hecatæo delubro, quod ceu περικαλλέα ἡγούμενον celebrat Apollonius Rhodius (*t*); nec non iterum Pausanias (*u*) de templo Θεῶν, ἀς κολυτών Αθηναῖοι Σεπταῖς, Athenis juxta Areopagum sito. Rationem situs hujus causas tuisse capitales, quæ in Areopago tractabantur, ut si quid senatum lateret, illæ ad coarguendum facinus adjutrices essent, perhibet Ulpianus (*v*). Cavernæ subterraneæ, Porphyrio §. IV. & Homero (*x*) νύχαις nominatae, studio fabricatae parietibusque munitæ erant lapideis, quo statum suum diutius tuerentur & usui inservirent crebriori. Scrobes vero eidem vati (*y*) Βόηοι dictæ, tanta industria non erant elaboratae, sed solummodo effossæ, magnitudinem undique habentes cubitalem (*z*). Atque has cryptas, rei sacræ inferis faciendæ causa instruxerant, quod Philostratus (*aa*) aperte indicat, confirmans *inferos Scrobes gaudere & iis, que in terræ cavernis sunt, sacrificiis;* & Ulysses apud Homerum (*bb*) precibus ad inferos pollicitus est, *se, ubi Ithacam venerit, sterilem bovem, que optima esset, in cavernis subterraneis sacrificaturum fore;* nec multo post Homerus ipse testatur se pecora sumta maestasse in foveam. De hac etiam re ita fatur Valerius Flaccius (*cc*): *In Scrobibus crux & largus Phlegethontis operi stagnat bonus.* Aras diximus inferis vulgo consecratas tuisse nullas; interim tamen cespititas nonnunquam ad scrobes structas tuisse convincit Ovidius (*dd*), cum de Medea, Æsoni socero juventutem redditura sequentia versibus includit:

- - *Statuitque aras e cespito binas*

Dexte-

Dexteriore Hecates, ut leva parte juventæ (Proserpinæ)
 Quas ubi verbenis, silvaeque incinxit agresti.
 Haud procul egesta scrobibus tellure duabus
 Sacra facit: cultrosque in guttura velleris atri
 Conjicit; & patulas profundit sanguine fossas.
 Et paulo post:

Multifidas faces in fossa sanguinis atra
 Tingit, & intinctas geminis accendit in aris.
 Præterea heic probe notanda venit mentio velleris atri,
 quæ non temere a Poëta injecta est; iura enim sacrifici-
 orum rationem colorum habendam esse præcribebant.
 Sic Diis superis hostiæ merito candidæ atque albæ, in-
 feris vero atræ furvæque erant immolandæ (ee); quia
 scilicet splendor cœlo, morti vero & inferis caligo con-
 venit. Sic inferis Diis & manibus hostias offerri solitas
 ægrynes seu steriles easdemque pronas: superis contra
 fœcundas, ἐνόρχες & τετεγχυλισμένας, sive obtorto ver-
 sus cœlum collo, erudite observat Jo. Alb. Fabricius (ff).
 Ingentem hic multitudinem teitium, non modo de
 victimarum nigrore; sed etiam de illarum sterilitate
 & varietate, de sexuum parilitate, de numero pari,
 excitare possemus, nisi in re pervulgata fastidiosum es-
 set; interim ultiro quasi præsentem se listit Homerus (gg),
 cum Ulyssen inferis οὐ ταυμέλανα, ovem totam nigrām,
 & βοῶς εἴργω, sterilem vaccam, sacrificantem introducit.
 Cui adstipulatur Virgilius eo loco, ubi de ritu inferis
 sacrificandi Æneæ canit (hh), quem oves nigras, vac-
 cas steriles (ii), juvencos eorumque quatuor numero &
 sues adhibuisse commemorat. Lucretium, Tibullum
 ceterosque tacemus, hoc denique observantes, quod

veluti sacra , summa religione administrari & confici vo-
luerunt , ita nec precibus pro malo aliquo averruncan-
do & bono , ut opinati sunt , impetrando , numina ad-
orare & placare sua , intermiserint . Hic tandem Ho-
meri (kk) illa succurrunt :

Πολλα δε γενέμηντι νεκύαις ἀμετηνὰ κάρηνα ,
Τας δ' ἐπει εὐχολῆστι λέγοτι τε εἴνεα νεκύας
Ἐλλασάμην .

*Multum precatus sum mortuorum infirma capita Post-
quam votis precibusque gentes mortuorum precatus sum.*

- (a) Ad Thebaidos Lib. V. (b) Pausanias in Atticis c. 3.
p. m. 8. (c) ibid. c. 40. p. 96. (d) Olympion. Od. V. (e) Thucyd. L. VI. p. m. 412. (f) Paus. in arcad. C. 25. p. m. 649.
(g) in Epinomide p. 639. edit. Gr. Bas. 1556. (h) Orat. IV. (i) in
Atticis. c. 5. (k) Aelian. Γεωργίας L. V. c. 17. (l) Pol-
lux Onomast. L I. c. I. Sect. 5. (m) cfr. Scholiaß. Euripidis in
Phoenissis ad v. 290. (n) in Quest. Roman p. 270. (o) de
virtut. mulierum p. 255. (p) Geograph. L. VII. p. m. 529.
(q) Pausan. in Arcad. c. 31. v. 665. (r) Strabo Geograph. L.
XIV. p. m. 960. (s) in vespis vers 800. (t) Argon. III. v. 251
§ 841. (u) Attic. c. 28. (v) ad Demosth. Orat. contra Mi-
diānam p. m. 180. (x) Odyss. XI. v. 30. (y) ibid. v. 35. § 36.
(z) l. cit. v. 26. (aa) de vita Apollonii L. VI c. 2. (bb) δυτο.
XI v. 30. (cc) Argon L. I. v. 733 (dd) Metamorph. L. VII.
v. 240. (ee) Arnobius adversus gentes L. VII. p. 225. (ff)
Bibl. antiqu. p. m. 354 Cfr. Stephanum p. 54. ad Saxonem
Grammaticum & Gutberium IV. 8. ubi de sacrī iūferorum,
igg) Od. XI. 30. (bb) Aen. L. VI. v. 243. sequ. it. L. V. v. 96.
sequ. (ii) L. VI. v. 251. ubi id vel ea propter fieri obseruat
Corn. Schrevelius , quod nī il apud inferos generetur , vel quod
ipsa Proserpina sterilis fuerit (kk) Odyss. L. XI. v. 29. § 34.

§. VI.

Plura adduci possent, nisi fortasse extra oleam dum vagati essemus. Et quid opus est aliunde operose conquirere & corrogare, quæ domi nascuntur? Imo, quid est, quod oracula ethnicorum consulamus profana, cum sacra oracula nostra nobis consulentibus respondere, nosque rebus in abstrusis erudire non recusant? Quid denique opus est lumine candelarum mutuato, cum exortus sol radiis rutilantibus suis tenebras ex toto hemisphærio dispulit? Ad oppositionem igitur Paulinam & Philippenses regredientes insimul in sacram scripturam, ceu solem splendidissimum oculos convertimus, cuius perniciissimi radii atmosphæram nebulosæ mentis nostræ opacam, nitidissimo jubare suo penetrare rebusque in obscuris collustrare queunt. Radii vero ejusmodi ex quibus haud parum lucis argumentum fœneratur nostrum, in multis sacrorum oraculorum locis adspiciendos se præbent. Emicant autem illi præcipue ex Psalmis Davidis, ubi Dii gentilium & DEus Israëlis invicem opponuntur. Evolvamus Psalmum 86: 8 Hic enim affirmit Psaltes, nullum esse inter Deos Jehovah similem: אֵין כָּמֵן בְּאֶלְחִים אֲדֹנֵי וְאֵין כָּמָעֵן: Nullus est instar tui inter Deos, o Demine, nec edit quisquam opera tuis similia Itaque si non similes, utique dissimiles sunt. Nonne hic oppositio Paulinæ non absimilis apparet. Psal. 96: 4, 5. אַזְׁלֵל יְהוָה וּמְחַלֵּל מָדֵר נֹרָא הוֹא שְׁלָל־כָּל אֱלֹהִים: כִּי כָל אֱלֹהִים חֲטָם אֱלֹהִים וַיְהִי שְׁמָן. Magnus est Jehovah summaque laude dignus, terribilis est super omnes Deos, vel timendus plus, quam Dii ceteri. Quia omnes Dii populorum sunt Dii nibili, sed Jehovah cælum fecit. Ubi observandum, ex phrasi, terribilis

*ribilis est super omnes Deos, vel timendus plus, quam
Dii ceteri, non sequi, quod etiam timendi sint Dñi gen-
tilium, haud aliter atque Phariseus non potest dici ju-
stificatus, eo quod Publicanus dicitur descendisse in do-
mum suam justificatus potius quam ille. En aliam op-
positionem. A pluribus locis operose proferendis ideo
abstinemus, quod nemo facile tam hospes in sacro codi-
ce erit, quin loca Psal. 97: 9. Psal. 115: 3. Psal. 135: 5.
Psal. 136: 2. Esa. 40: 17. seqq. Cap. 41: 6, 7, 21, 22, 23, 24.
Cap. 44: 8. seqq. Cap. 45: 5, 18, 20, 22. addito & colla-
to v. 23. sibi nota habeat, ex quibus abunde colligitur,
quod scriptoribus sacris non inusitatum sit verum DEum
Dñis commentitiis non tam comparare quam opponere
& longissime anteponere, ad docendum hos nullius es-
se valoris, nulla pollere potentia, nec dignos proinde,
qui ulla ratione ei æquiparentur; ut si existerent & ali-
quid essent, non solum JECLM multo superiorem, quam
ut cum illo conferri possent agnoscere, sed etiam per-
sonam ejus summo cultus & venerationis honore, ipsos
etiam oporteret prosequi & adorare, ut Psaltes eos jubet
Psal. 97: 7. יְבָשׂוּ כָל עֲבֹרִי פֶלְלַת הַתְהִלּוֹת בְּאַלְיָוִם
Pudore afficiantur omnes sculpti-
lium cultores, & qui Dñs nihil gloriantur. Adorate
eum, Jehovam, vos omnes Dñi. Quæ verba utpote Pauli-
nis simillima haud parum juvabit observare; quemad-
modum enim, וְתָמֵשׁ & hic & alibi ad indigitandum
cultum quam maxime humilem, eundemque non modo
civilem, sed etiam ut hic, religiosum, usurpatum: ita
quoque phrasis γένους κάτια ad cultum religiosum desi-
gnandum adhibetur (a). Regrediamur ad Homerum
& au-*

& audiamus Agamemnona apud illum ita loquentem:

Τετρα δὲ πρόμενοι ἄλλοι ανατίσσοσιν Αχαιοῖ,
Ἐπειδὴς ἀδεῖς τὸ εἶναι, καὶ εἰ μόδιος εἶ αἰχόητος,
Φημὶ μήν αὐτωνοίς ΓΟΝΙ ΚΑΜΨΕΙΝ, τοικε Φύγησι
Δηῆς ἐκ πολέμου, καὶ αὖτε δηιστῆτος.

Huic autem (Hectori) pugnato rem alium excitabunt Achivi: is quamvis intrepidus sit bellique insatiabilis: existimotamen, eum libenter GENU FLEXURUM, si effugerit Jævo ex bello graviq; pugna (b). Hic γεννα κάμψειν, salva acceptione propria, metonymice explicandum est, hoc modo, quod, si pugnator ille integer ex tam ancipiti certamine elapsus fuisset, incurvatis Deos poplitibus demissaque animi mente veneraturus gratesque eis pro salute persoluturus esset; adeoque γεννα κάμψειν verbis γεννασθαι & γεννάσθαι convenit, quorum illo usus est Homerus, hoc Apollonius pro ἐσθαι, demisse precari, obsecrare. Et cum Apostolus non presumatur usus fuisse vocabulis, nisi sensu Græcis recepto, idem eum velle credimus, scilicet, ut, IEsum maxima reverentia colere & adorare, interesseret ipsorum quoque cœlestium, terrestrium, inferorum omniumque, cuiuscunque demum generis, Deorum, si alias ejus indolis atque frugis essent.

(a) Rom. 14: 11. Cap. 11: 4. Eph. 3: 14. (b) Iliad. VII. 116.

§. VII.

Ex hac expositione nihil incongrui excuspi posse existimamus, quin & cum antecedentibus & consequentibus aliisque circumstantiis facile conciliari queat. Etenim versu 9. Deus pater dicitur filio donasse nomen super omne nomen, quod tantam majestatem, dignitatem ac potentiam, tam quod ad κτῆσιν quam Χρῆσιν infert

fert (*a*) ; quāntæ nullæ res in tota rerum natura est cāpax , tantoque minus in deastros cadere potest , quanto evidentius exstat , iisdem inter res nihil locum esse assi-gnatam , non quidem quasi sculptilia , idola & imagines Deorum factorum materialiter essent nihil , cum experientia & historiæ reclament , sed formaliter , quia id repræsentant , quod non sunt , nihilque valent , nihil sunt potentia , virtute & efficacia , imo nihil vere divini numinis habent , sicuti supra commemoratum est . Qua ratione oppositio nostra suo non destituitur fundamen-to . Versus etiam n . cum nostro adeo arcte cohæret , ut ab eo divelli nequeat , ideoque nihil refert , si quis cum Alexandro Moro per *πατρινην γλωσσαν* , *spiritu nō omnis ordinis & homines cuiusvis linguae* intelligere vellet , cum ipsi quoque , quos orbis superstitione imbutus veneratur Dii , talem confessionem a se met extorquere necessem haberent , si existerent & aliquid essent , ut jam antea diximus . Nec quidquam obstat , quominus eodem jure *confiteri* eos jubeat Apostolus , quo Propheta jubet eos *adorare* . Verum ut assertio nostra firmiori stet talo , respiciendum est ad statum ecclesiæ philippensis pristinum & dispiciendum , an idololatriæ addi-cti fuerint Philippenses & tripartita numina cognita habere potuerint ; alias enim mentem Apostoli percipere ipsis non fuit possibile ? Hac de re eo minus nobis dubitare licet , quo certius constat , eos maxima ex parte gentiles olim fuisse religionemque paganam confessos , æque ac illæ , quas in hac urbe Christo lucratus fuerat Apostolus , primitiæ , de quibus in Act . 16: 14, 15, 33. le-gitur . Pari medo nihil omnino nobis occurrit dubii ,

quin

quin Philippenses , moris patrii haud ignaros, cœtus Deorum in tria distinctus agmina, non fugerit, maxime eum conditor urbis illorum Philippus Macedo , cuius omnes res gestas sine ullo dubio sancte memoria servaverant, in Deorum senatu majestatem concessus sibi arrogasset, ut etiam inter duodecim Deorum cœlestium imagines , decimum tertium ejus simulacrum, divino per omnia habitu , ostentaretur (b). Nonne igitur, quoties res ad conditorem pertinentes suum memoria repetebant Philippenses , toties saltem in cogitationem ~~τὰς ἐπεργασίας~~, et si jam cum eorundem contemtu , incidere poterant? Ad statum eorum jam tum præsentem, quod attinet, erant quidem notitia personæ JESU instructi, poterant tamen inter illos aliqui esse , qui , inhærescente adhuc in mentibus numinum tripartitorum opinione , cogitationes magnitudine Salvatoris haud dignas, foverent. Ex horum animis omnem deitatis, Diis falsis attributæ opinionem penitus extirpare & radicitus eveltere, eosque in agnitione veri numinis & mediatoris confirmare voluit , docendo JESUM majestate vere divina fulgere , cuius respectu abjectissimi deputandi essent omnium ordinum Dii , quippe qui mera perversæ rationis entia erant, nihil vere divini nisi in vanorum mentibus hominum possidentes. Voluit insuper apostolus recordationem deastrorum , quibus adhæsissent, fictorum, Philippenibus ideo dare, ut detestationem ad hosce nihil Deos eo majorem in illis , vanitatis pristinæ jam convictis , excitaret , & ad delectationem suam in salvatoris dignissimi consortio & in illo permanisce, unice quærendam , eos exstimalaret. Hinc v. 12. cohortatio-

rationem ad omnes & singulos continuat, ut cum humilitate atque summa animi demissione eique conjuncta reverentia suam ipsorum operarentur salutem, quam, veluti, rejectis Diis falsis, non in alio, quam in nomine Iesu quaeri posse, certo sibi persuaderent, ita penes illum, vera & constanti in ipsum fide ac honorum operum intenti studio, eam sollicite nunc & in posterum, opus hocce salutis continuando & indies magis magisque ad vitæ finem usque urgendo, quatenus semper habebant, in quo crescere possent, quererentur deberent, ut sibi vult *καλεγάτος θεός*. Hinc quoque v. 16. eos, ut verbum vitæ continerent & cap. 4:1. *Sic in Domino starent, in Domino superent* v. 2. monet, quo ipso eos recursu ad idola & ethnicorum oracula insimul prohibere videatur; ad illa enim si per levitatem, qua quædam ingenia laborare solent humana, revertissent, *in vanum currisset & in vanum laborasset* Apostolus, ut ad finem v. 16. cap. 2. addit.

(a) Cfr. Epb 1,20, 21. (b) Diodor. Sic. Biblioth. hist. L. XVI. c. 93. p. 558.

§. VIII.

Amovenda jam sunt repugna, que assertioni nostra imprimis objicit contra Lakemacherum disputans Jo. Christoph. Wolfius (a). Primum autem ipsum periculum est, ne Philippenses aut aliis ex paganis ad Christiani conversis, suspicionem suggereret Apostolus, idola inter res nihil *I. Cor. 8:4* numerans, non proorsus nihil eadem esse, cultumque eorum cum cultu Salvatoris conjungi & consistere posse, siquidem cultum eorum cum cultu Christi comparasset; quo patet ad pristinum vanitatis statum residerent ab Apostolo seducti atque illuc reduci. Verum hanc credidimus re esse, ut anxiō nobis animo species, ejusmodi figuremus inanes, cum ex oppositione hac pateat Apostolum neque comparare neque conjungere cultum deastrorum cum cultu Christi, sed expresse innuere, ipsos Deos celestes, terrestres & inferos cultum quam maxime religiosum, si ceteroquot tales essent, Jesu exhibere debere, quo ipso ab omni cultus honore illos excludit. Sed esto, quod Jesum inter & numina ficta comparationem instituerit noster; exinde tamen non sequitur, quod opinatur, cum comparari possint non Iolum res

zquales, sed etiam inæquales & contrariae, qualis est comparatio illa inter Christum & Papam, quæ apud Meissnerum (b) existat. Et ea ratione inter illum & nos, Apostolum non tam comparatione quam oppositione usum suisse, urgentes, convenit. Quis quoque nescit multis rebus, plus lucis, oppositis contrariis, adfundit. Ulterius instat idem, se nullam ejusmodi de astrorum mentionem in novo testamento inventare, sed potius in illo angelorum, commemorationem fieri, quando maiestas urgetur Salvatoris & cultus ei debitus, tanquam qui ei ab ipsis angelis praestet. Sed pace tanti viri dubitare licet, an legitima sit illa quæ a defectu similium in N. T. locorum ducitur consequentia. Sufficiat adesse loca in V. T. non pauca, ut supra ostendit, ad qua respexisse Paulum, qua ratione negari possit euidem non video. Locum vero quem adpellat Johanneum, Apoc. 5: 13. evolutum & æquiori mentis trutina penitatum a nostris militare partibus intelleximus. Nec enim impedit vocula Χριστος, quominus appellatione Ιησος πατερ, idola, non obstante eorum nihilo, venire possint, quatenus adorare & confiteri illis injungitur, & quatenus benedictionem & gloriam, h. c. laudem, praconium & celebrationem, nec non honorem & robur, sedenti super throno & agno hic tribuere dicuntur, quæ omnia cum verbo adorare congruant, & cultum religiosum eundemque humillimum æque ac hoc involvunt atque arguant. A nobis igitur impetrare non possumus, quin credamus etiam Deos gentilium vocibus πατερ καισαρα comprehendit se Johannem, maxime cum sanctos angelos versu 12. proxime antecedenti, ceterosque cives celestes, quorum veri 8, 9, & 10. meminit, agnum celebrantes introduxit. Quid? quod phrasis επι της θαλάσσης cum interpretatione nostra amicissime consiperit. Quis itaque existimabit sanctissimum virum πατολογιαν condidisse otiosam, corundemque celebratiuncu[m] sequenti 13. commate ingeminando insinuisse? Ponamus præterea, quod sensus, cuius indulget Cel. Wolsius, obtineat, in illo casu utrobius, & in nostro και αχθονος & Apoc. 5: 13. πατερ καισαρ ο εισιν υποκατω της γης demones & condemnatos designant. Ast diabolum, voce συναγαγικης pro tota malignorum spirituum esterua accepta, nullibi in toto sacro codice, Deo, cultum religiosum cum celebratione & gratiarum actione conjunctum atque ex demissa animi mente proficiscentem, qualem ambo loca allegata poscent, exhibuisse, exhibere vel exhibitrum fore, legimus; contra vero, per malitiam summam, constanter, pervicaciter & pertinaciter, inde a primo deflectionis momento, blasphemia & conviciis DEum proscripsisse atque incessuisse, convincit scriptura sacra, quod etiam ex ipsis vocibus diaboli & satanae per se liquet. Idem de condemnatis, qui ejusmodi quoque malitiam contraxerunt, affirmari potest. Sed forsitan immemores monitus Apollinis: μη κηδεισθαι εκκλησιας παρεργου, in hac palude exsiccanda viag; adversariis in assertionem nostram invadendi aperienda, occupari videmur, siquidem in historia evangelica,

cultum religiosum DEo præstuisse leguntur dæmones v. g. Matth. 8: 29, 31. Marc. 5: 6, 7. Luc. 8: 28, 31. quibus addi potest Marc. 1: 24. Hic spiritus immundi pri-
mum se novisse JESUM esse sanctum DEI, nempe filium: se agnoscere illum
esse altissimi DEI filium, profiteretur. Deinde ei ad pedes accidere, cum ado-
rare, obsecrare, appellare & per DEum adjurare dicuntur, ne ipsos ante tem-
pus torqueret. Hæc singula sub incûdem revocare volumus. Omnis cultus religiosus
præstutus notitiam numinis, qua nœc dæmones destituantur, quod tam ex dictis al-
latris, quam ex Jacob. 2: 19. colligitur. Novit enim diabolus DEum esse, novit eum
esse creatorem suum, novit summam ejus in se potestatem. Verum enimvero tan-
tum abest, ut superbissimus ille spiritus se ei submittere eumque demisse veterari ve-
lit, ut potius contra illum insurgens ei omni studio & conatu aduersetur, seque ei non
solum oppoat, sed usque adeo anteponat, ut impudentissime a Christo adorari ve-
lit Matth. 4: 9. Novit etiam & agnoscit Iesum esse sanctum altissimi Dei filium; sed
novit juxta illum non esse redemptorem suum. Hinc, cum sciat se, ex quo deruba-
tus est, gradum nunquam amplius recuperatum fore, odio Deum prosequitur a-
cerbisimo. Non equidem nego verbum προσκυνεῖν a Marco adhibitum, amoris,
venerationis cultusq; divini cum adoratione conjuncti notionem importat; quan-
doquidem autem de diabolo dicitur, cultus non intelligitur aliis, quam ex solo ti-
more & metu ortus. Nec aliud verbum προσπίλειν apud Lucam intendit. Neque
inficias imus verbum δέος a Luca usitatum, suplicem & demissam preicationem
inuovere; ast quod cum hic significatum subeat, non est quod quis acriter instet, cum
potius convicio efflagitaverit procacissimus ille, id quod patet tam ex verbis πατέ-
καλεῖν & ἐργίζειν penes Matthæum & Marcum, quam ex contumaci ejus interro-
gatione: *quid nobis εστι στολὴ σου*, quam adeo proterve, procaciter & superbe propoluit,
ut ex eius confessione, adoratione & obsecratione, nulla submissa venerationis in-
dicia colligere liceat. Ad hæc faciles credimus sanctissimum Deum ab impurissimo
illo spiritu coli nolle. Relinquitur itaq; dæmones & condemnatos per καταχθονίς
& πάντα κτίσμα ὑποχάτω τῆς γῆς intelligi non posse, cum talem cultum,
qui nostro γένου κάμπτειν & prædicatis: ή ἐνδοξίᾳ καὶ τῷ τιμῇ καὶ ή ὁσέῃ
καὶ τῷ κράτος Apoc. 5: 12. responderet, eos Deo præstuisse, præstare vel præ-
stuturos fore, nunquam convinci possit, & deficiente prædicato deficiat etiam subje-
ctum. Atque ita, B. L., numissa superstitionum Graecorum perlustravimus, per-
fustata Iesu persona ceu omni cum Apostolo opposuimus, opposita ad nihilum re-
deginus, redacta in nihilo suo jam relinquisimus; illi vero, qui nobis est omnia, ge-
nua mentis nostre flectimus, dicentes ei laudem, honorem & gloriam in
secula nunquam terminanda.

(a) in cursis Philologicis & criticis in X posterioribus S. Pauli Epistolas p. 218.
219. (b) in Philosophia, Socr. part. secund. Sect. I. memb. 2. qua^{nt}. 6.

TANTUM.